



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Custos horti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS SECUNDA. 205

dere noli priusquam tibi ostium patefaciat, teque intromittat: Hæc enim est thesauraria, porta, & dispensatrix omnium coelestium bonorum & gratiarum: Ad hanc igitur in orationis principio mente deuota, dic.

AVE MARIA gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS. Sancta MARIA mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

CUSTOS HORTI.

IN conspectu Angelorum psallam tibi, Psalm. 136.
adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Salue Angele sancte, custos anime meæ, & vos pariter ceteri SS. Angeli, qui præsentés adestis, saluate.

I s Igno

Ignorare vos nolo me Dominum
IESVM tota sollicitudine quærere,
quem intellexi in sanctæ orationis
horto reperiri, hîc habitare, & hunc
esse locum requietionis eius. Itaque
rogo vos fratres mei carissimi, este
mihi auxilio quo eum inuenire va-
leam.

Et tu mi sociæ præ cæteris obse-
cro te, adiuua me: Tu enim es tutor
meus, custos meus, & frater meus.
Quapropter succurre mihi sancte
Angele, omnes cacodæmonum ir-
ratissimorum animæ meæ hostium
machinationes à me repelle, & re-
prime. Nosti etenim me tibi à Do-
mino IESV in tutelam ac custodi-
am traditum esse, ac proinde cum
omni diligentia tuere ac defende
me. O charissime ac fidelissime
amice ac sociæ, noli me deserere,
opitulare mihi, defende me, illumi-
na me, & esto mihi præsidio in cun-
ctis necessitatibus meis: adhære
semper lateri meo, nec vnquam à
me pauperrimo & opis indigentis-
simo discede. Quid enim agam san-
ctæ

PARS SECVNDA. 107

ſte Angele ſine te? Quare adiutor
mihi eſto in hoc exilio, nec tuo me
vaquam præſidio deſtitue.

O S. Angele I E S V S Chriſtus me-
us & tuus Dominus ſuſcipiat mini-
ſteriũ quod animæ meæ pauperi &
dereliçtæ, in hac miſera & infelici
lachrymarum valle, exhibes, pro-
que eo mercedem ſempiternam ti-
bi rependat. Ades huc Angele ſan-
cte.

Benedicat tibi perenniter dulcif-
ſimus & ſuauiſſimus meus I E S V S.

O quantę pulchritudinis es frater
& ſocie mi: Quàm elegãs, ſpecioſa,
& gratiarum plena eſt facies tua?
Quàm decorus & ſplendidus vultus
tuus? quàm gratus aſpectus tuus:
Quàm dulcis præſentia tua oculis
meis?

Hoc pacto te geras anima mea:
hæc eſt via qua breuiſſimè & citiſ-
ſimè I E S V M in ſanctæ orationis
horto reperias: Commenda te con-
tinuò quidem huic cuſtodi ac tute-
lari Angelo tuo, ſed ſpeciatiim tum
quando orationem iſtituturus.

ave.

108. **HORTVS ORAT.**

aut aliquid operis incepturus es.
Poteris autem illum his aut simili-
bus verbis, quæ te Dominus docue-
rit, salutare.

A Ngele Dei, qui custos es
mei, me tibi commil-
sum pietate superna, sem-
per custodi, illumina, rege,
& gubernas. Amen.

IESVS, ✠, MARIA &
S. Pater Franciscus sint
semper nobiscum.

Veniat dilectus meus in hortum
suum.

De preparatione ad Orationem.

CAPVT I.

Eccl. 18.

ANTE orationem prepara animam
tuam, & noli esse quasi homo qui
tentat Deum.

Difficillimum, atque operum
omnium maximum est orationi in-
tendere: atque idcirco S. Abbas
Agathon dicere solitus erat: nullū
laborem equiparari posse orationi:
adeo-